Sulco, as, Sulcos facio, terram proscindo, proscindo. ὑλάκιζω. GAL. Couper ou arer par rayons, rompre la terre par sillons. ITAL. Far solchi, solcare. GER. Furch machen. HISP. Assulcar à hazer sulcos. ANG. To mak furrows. } Colum. lib. 11. cap. 2. In subacta jam terra latiores porae sulcantur. Plin. lib. 9. cap. 6. Satiānsque se per complures dies, alveum in vado sulcaverat, accumulata fluctibus tantum, ut circumagi nullo modo posset. Translatè etiam mare sulcare dicimus. Ovid. 1. de Pont.

Nos fragili ligno vastum sulcavimus aquor.

Virg. 10. Aeneid.

— sulcat maria alta carina.

Sulcātūs, a, um, particip. Lucan. lib. 1.

— quodam duro sulcata Camilli Vomere.

Sulcātōr, is, verbale. ὑλάκιος, ἀγορῆς. GAL. Labourer, qui fait rayons. ITAL. Lavoratore della terra à solchi. GERM. Ein furchmacher/der mit faren zerschneidet. HISP. Assulcador que haze sulcos. ANG. He that maketh furrows. } Silius lib. 7.

Sulcator navita pontis.

Stat. 11. Thebaid.

— nigri sulcator Averni.

Sulcātīm, adverb. Per sulcos. ὑλάκιως. GAL. Par rayons, ou sillons. ITAL. A solchi. GERM. In furchen weis. HISP. Por sulcos, ò con sulcos. ANGL. By furrows. } Pomponius, Gerens præterea sulcātīm concisam faciem.

Suldadus, miles. L. g. b.

SULLA, ab Antiquis dicti sunt qui postea Syllæ, propterea quod prisca illi peregrinam literam nullam recipiebant: unde & Fruges vocabant, quos nos Phryges dicimus. Hinc etiam Sullanum diem apud Cicer. legimus pro Syllano, ad Attic. lib. 20. Non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam ditus dies ille Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil utrumque eorum fefellisset. Quo in loco Syllanum diem cum intelligit, quo L. Sylla Marianarum partium victor urbem ingressus, omnia cædibus & proscriptionibus vastavit. Unde autem primum Syllæ vel Sullæ dicti sint. vide infra in Syllæ.

Sullātūrītē, desiderativum à Sylla formatum, idem valens quod proscribitur, vel Syllæ proscriptionem imitari. Cicer. ad Attic. lib. 9. Sed medius filius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biennio antè cogitavit, ita sullaturit animus ejus, & proscribitur jam diu.

Sulmo, ὑλμός, oppidum Pelignorum in quarta regione Italiæ, nonagesimo ab Urbe distans lapide, Ovidij Poëtæ patria, ut ipse testatur, Eleg. ult. lib. 4. Trist. sic scribens.

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,

Millia qui novies distat ab Urbe decem.

Dictus Sulmo à Solyimo Aenæ comite, conditore ejus urbis, ut testatur idem 4. Fast.

Huius erat Solyimus Phrygia comes unus ab Ida,

A quo Sulmonis moenia nomen habent.

SULPHUR, sive Sulfur, à Plin. lib. 3. cap. 15. terra generibus assignatur, ab aliis quibusdam inter metallica corpora enumeratur. } פיריט גופריש. ὑλμός. GAL. Soufre. ITAL. Solfo. GERM. Schwefel. HISP. Piedra sulfre. ANGL. Brimstone. } Effoditur enim cuniculis in Æoliis præcipue insulis, inter Italiæ & Siciliam sitis, Nobilissimum tamen in Melo. Invenitur & in Italia Neapolitano Campanoque agro, in collibus qui vocantur Leucogæi. Dioscorides duo ejus enumerat genera, Nativum sive fossile, quod quoniam ignem non est expertum, ἄπυρον appellat. Virgil. vivum cognominat. Alterum factitium, quod quoniam olei incoctu ad ignem perficitur, πικρὸν ὑλμόν nominant. Plin. loco jam citato quatuor ejus enumerat genera, factitium nimirum in tres secans differentias: quas hic brevitate causâ omittimus, ab eo, si videatur, petendas. Ovid. 1. de Arte,

Quid referam Baias prætextaque littora velis,

Et qua de calido sulphure fumat aqua?

Virg. 3. Georg.

Et spumas miscet argenti ac sulphura viva.

Idem 2. Aeneid.

— aliè circum loca sulphure fumant.

¶ Ponitur aliquando pro fulmine eam ob causam, quod fulmen quum ceciderit, vicina loca odore sulphuris implentur. Persius Sat. 1.

— quia quum tonat ocyus illex

Sulphure discutitur sacro, quam tūque, domūque, &c.

Sulphūrētūs, a, um, quod ex sulphure est sive sulphuris naturam refert. } Σουλφῆρ. GAL. De soufre, plein de soufre, sulphureux. ITAL. Di solfo. GER. Des schwefels, oder schwebel. HISP. Cosa de materia de piedra sulfre. ANGL. Of brimstone. } Plin. lib. 36. cap. 19. Quum uritur odorem sulphureum reddit. Virg. 7. Aeneid.

— audite amnis

Sulphurea Nar albus aqua.

Ovid. 15. Metam.

Nec qua sulphureis ardet fornacibus Aëna.

Sulphūrētā, x, locus ubi sulphur coquitur aut effoditur. } Σουλφῆρ. GAL. Souffriere, lieu où il y a du soufre. ITAL. Luogo dove si fa il solfo. GERM. Ein ort da man schwebel grabt oder machet. HISP. El minero de la piedra sulfre. ANGL. A place where brimstone is digged or made. }

Calcepi Pars II.

Sulphūrētūs, a, um, quod sulphur habet admistum. } Σουλφῆρ. GAL. En-souffré. ITAL. In solforato. GERM. Geschwefelt. HISP. Cosa mezclada con piedra sulfre. ANGL. Mingled with brimstone. } Plin. lib. 13. c. 3. Depressis pureis sulphurata vel aluminosa occurrentia putarios necant. Unde sulphurata dicuntur ligna exilia sulphure ex utraque parte intincta ad accendendas lucernas. } τὸ ἐυλάγια θεία ἰκθῆσαι μύρια. GAL. Petits éclats de bois ensouffrez, alumes. ITAL. Solferini. GERM. Schwefelstyglin. HISP. Pequeña leña cubierta de sulfre. ANGL. Matches to kendle fier. } Mart. lib. 1.

Qui pallentia sulphurata fractis

Permutat vitreis.

Sulphūrātio, verbale. } ὑλάσις. GAL. Ensouffrement. ITAL. Solforamento. GER. Schwefelung. HISP. Obra de sahumar con sulfre. ANG. A mingling with brimstone. } Senec. lib. 3. de natur. quaest. Aut æstus corrumpere naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sulpirius Improbus Tribunus plebis. Plutarchus in Mario. & in Syllæ. Sultanus, Rex Saracenorum. Bassa autem Turcicâ linguâ est præfectus: βασχ caput. an à βασί, quatenus fundamentum & res principalis.

Sūltis, veteres dixerunt pro si vultis. εἰ βούλεται. Plaut. in Prologo Asin. Hoc agite sultis spectatores nunc jam. Idem Men. sc. 2. a. 2. Asservatore hoc sultis, navales pedes. Idem Capt. sc. 3. a. 2. & sc. 3. a. 4. Servate istum sultis. Idem Men. sc. 9. a. 5. Sultis jurare, &c.

Sultor, castor. Gl. Isid.

SUM, es, est, verbum substantivum à Grammaticis appellatum, sive quod per sese substet, solūque nullius alterius verbi egeat adminiculo. } Σῦμ. ἡγάθη. εἰμὶ, ὑπάρχει. GAL. Estre. ITAL. Essere. GERM. Sein. HISP. Estar. ser. ANGL. To be. } quum contra cætera omnia in hoc resolvantur, pleraque etiam sine ejus opè declinari non possunt: sive quod quum cætera omnia verba aut actionem importent, aut passionem, solum hoc sit verbum quod substantiam rei denotet. Gell. cap. ult. lib. 9. Existimatus est esse doctissimus. & cap. 18. lib. 7. Esse turpis existimata est. Lucr. lib. 6.

In Syria quoque fertur item locus esse videri.

Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Visane ea est esse. (ubi τὸ esse abundat.) Sic apud Catull. Epigr. 48. Ut convenerat esse delicatos, τὸ esse vacat: vel Esse, id est, cibum sumere. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Forstean hoc studium possit furor esse videri.

Idem Eleg. 3. lib. 5. Trist.

— neque enim miser esse recuso.

Apul. Apol. 1. Se esse philosophum nuncupavit. Plaut. Asin. sc. 2. a. 3. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis. Idem Capt. prolog. Est quod vos monitis voluerim. Ibid. sc. 2. a. 2. Est ubi damnum facere præstet quam lucrum. Idem Aulul. prolog. Multos annos est quum hanc domum celo. Ibid. sc. 4. a. 1. Paucis est quod te volo. Idem Men. sc. 5. a. 5. Hic ero ad usque mortem (id est, manebo.) ¶ Idem Amph. sc. 1. a. 4. Naucratem quem quærebam, in navi non erat. Idem Curcul. sc. 1. a. 3. Sed istum quem quæris ego sum. Idem Aulul. sc. 7. a. 4. Servum meum Strobilum mitor ubi sit. Et in Ps. ud. sc. 1. a. 2. Hunc quem video quis hic est? Quibus in locis Antecedens priore loco positum ejusdem casus est ac relativum, elocutionis figurâ Poëtis familiari. Ita enim Virg. 1. Aeneid.

Urbem quam statuo vestra est.

Et Terent. Eunuch. Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit? Eo genere loquendi usus est etiam Plaut. in Epidic. & Bacchid. & alibi sæpè. ¶ Pro cubare, sive jacere, de stupro. Idem Amph. prologo, Illa, &c. quæ cum mæcho est. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Annum hunc ne cum quiquam alio sit (i. cubet.) Et sc. 1. a. 4. ibid. Ut secum esset noctes & dies. Et in Amph. sc. 2. (alias 3.) a. 2. Quid ego deliqui? Si, cui nupta sum, tecum fui? (i. cubui, rem habui.) Amph. Tu' mecum fueris? &c. eodem sensu. Idem Asin. sc. 1. a. 5. Quia ista est tecum, & v. penult. Cum hac annum ut esses. Idem Most. sc. 1. a. 2. Vbi ego ero? r. Vbi maxime esse vis, cum hac: tu cum istac eris. Variam autem in oratione obtinet constructionem. ¶ Aliquando enim similes conjungit casus. Cicer. de divin. Quum solutus est animus, nihil planè ei est cum corpore. Idem Treb. Audio Trevirorum capitales esse. ¶ Aliquando non inveniunt subauditur. Virg. 1. Aeneid.

Tunc ille Aeneas quem Dardanio Anchisa

Edidit alma Venus, &c.

Idem 3. Aeneid.

Nam Polydorus ego.

¶ Nonnunquam pretium importat, idem ferè significans quod valeo sive æstimator, in qua significatione genitivum exigit. Salust. in Jugurth. Nunc vos æstimate facta, an dicta pluris sint. Terent. in Adelph. Argenti quanti est, sumito, id est, quanto pretio valet. Cicer. lib. 2. Offic. Ut commodius putarent numerari, sibi quod tanti esset, quam suum recuperare. Esset (inquit) id est, æstimeretur. Idem 2. Offic. Emere denario quod sit simile denariorum. Idem in Frumentaria, Quum in Sicilia sestertiorum duorum tritici modius esset. Eundem etiam casum exigit quum dominium seu possessionem importat: ut Pecus est Melibœi. ¶ Item quando proprietatem sive possessionem significat: idque in tertia duntaxat persona singularis numeri. Idem lib. 1. de Orat. Clamare contra quam deceat, hominis est impudentis. Et paulò post, Quorum alterum divinitatis mihi cujusdam videtur, (esse sup) alterum humanitatis. ¶ Quandoque jungitur dativo, & tunc significat habeo. Virg. 1. Aeneid.

Sunt mihi bus septem præstanti corpore nympha.

Iungimus interdum & alterum dativum. Cicer. Attic. Postrema tua pagina magnæ mihi molestiæ fuit. Idem 1. Offic. Ampla domus dedecori domino sæpè fuit. Cujus generis orationes ferè exponi solent per verbum Afficio, hoc modo. Postrema tua pagina affecit me magna molestia. Ampla domus sæpè affecit dominum dedecore. Cum dativo & ablativo. Plaut. in Mitr. Nihil me pœnitet jam quanto sumptu fuerim tibi. ¶ Est mihi minus cum illo, id est, minus sum ei familiaris. Cicer. pro Marc. lib. 15. Si mihi tecum minus esset quam est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi. ¶ Pro dici, idem Amph. Nimis

Nimis hic scitus est lycophanta, qui quidem meus sit pater. (i. dicatur.) Idem *Asin. prolog.* Asinariam esse volt, si per vos licet. (id est, appellari.) Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Cras ea sunt. (Dionysia sup.) pro futuro erunt. Idem *Mil. sc. 1. a. 1.* Erat herus. (Initium fabulae.) Gell. *c. 11. lib. 15.* Ut Romae ne esset: (de exilio.) Sen. *cap. 3. de conf. ad Marc.* Esse in ærumnis mitius ac moderatius. ¶ Esse potui & esui. (id est, potulentum & esculentum.) Gell. *cap. 1. lib. 4.* Item, Illic ubi fui: (id est, cœnavi.) Idem *Mos. sc. 3. a. 1.* Idem *ibid. sc. 2. a. 1.* Disciplinae alius eram. Pro habere, Ovid. *3. Fast.*

Forstean ipse roges quid sit cum Marte Poeta?

Id est, quid habeant Poetae simul tractandum negotij cum bellicosis. ¶ Ponitur & pro, convenit, sive contingit, sed in tertia tantum persona singularis numeri. Valer. Maximus *lib. 1.* Non est inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præsertim divinitatis studio junctos. Virg. *5. Æneid.*

Necnon & Tityon terra omniparentis alumnus

Cernere erat,

id est, licebat. Pro, congruum esse. Cicer. *ad Attic.* Signa quam commodissime poteris velim imponas, & si quod præterea *arior* reperies, & maxime quæ tibi palæstræ & gymnasij videbuntur esse. Budæus. ¶ Apponitur quandoque huic verbo ablativus sine præpositione: ut, Tuo beneficio liber sum: &, Tu es magna vi animi & corporis. ¶ Aliquando etiam cum præpositione: ut, Hæc res est in potestate mea. Vis est in armis. ¶ Est in bonis, pro in possessione bonorum, bona possidet. Cicer. *Acilio lib. 13.* Nullam omnino arbitror de ea hæreditate controversiam cum habiturum, & est hodie in bonis. ¶ Esse in aliquo numero atque honore. Cæsar *6. bell. Gall.* In omni Gallia eorum hominum qui in aliquo sunt numero atque honore, duo sunt genera. ¶ Interdum adjunctum habet accusativum mediante præpositione Ad: & tunc Est, significat expositum est, vel vergit. Idem *bell. Gall.* Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem quæ est ad Hesperiam. ¶ Ponitur nonnunquam sine casu à parte posteriori. Lucretius,

Qua sunt, qua fuerant, & qua post facta sequuntur.

¶ Item jungitur infinitivo alterius verbi: ut, Magnæ laudis est vacare sapientiæ & animi fortitudo est, adversa contemnere. ¶ Est, pro possibile est. Celsus, Non tam facile iis opitulari est qui in cibo venenum, vel in potione sumpserunt. Budæus. ¶ Pro licet, Gell. *c. 11. lib. 13.* Vina quoque dulciora est invenire in comædiis antiquioribus hoc nomine appellata, dictaque esse Liberi bellaria. Sic, fuisse, pro licuisse idem dixit Gell. *c. 14. lib. 4.* Mancinum ad ædes suas venisse: cum sibi recipere non fuisse in æde sua, &c. ¶ Es, pro soles. Cicer. *Cornificio lib. 12.* Quod si, ut es, cessabis, lacesam. ¶ Hujus verbi composita sunt Absum, adsum, desum, exsum, insum, intersum, obsum, possum, præsum, profum, subsum, & supersum: quorum significata explicantur suis locis. ¶ Esto, *est, esto,* futuri temporis imperativi, ¶ Interdum concedentis adverbium est. Virg. *4. Æneid.*

Esto, agram nulli quondam flexere mariti.

Idem *7. Æneid.*

Non dabitur regnis esto, prohibere Latinis.

¶ Ens, entis, participium præsentis temp. non est in usu, inquit *Priscian.* Quintilian. *lib. 8. cap. 3.* Multa ex Græco formata nova, ac plurima à Sergio Flavio, quorum dura quædam admodum videntur, ut Ens, & Essentia: quæ cur tantoperè aspernemur, nihil video: nisi quod iniqui iudices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. Futurus, a, um, Particip. idem significans quod Erit. ut Plaut. *Mosell.* — quid illis futurum est cæteris qui te amant? Cic. *de senectute.* Aut etiam optanda si aliquò cum deducit ubi futurus sit æternus.

Sumac. vide *Rhus.*

Sūmānālā, dicuntur liba farinacea in modum rotæ facta. *Festus.* Hæc Cælius *lib. 9. c. 16.* sumenalia vocat, putatque à sumine esse dicta, eademque esse cum iis, quæ Græci *ἄρτια* appellant.

Sūmēn, inis, Venter suillus infra umbilicum, cum ipsis uberibus, summis olim Romæ in deliciis habitus, præcipue si ex primipata excisus esset sue uno die post factum editum. *ἴσθαγε, ἄρτια.* GAL. *Un doüillet & friand morceau, viandes des tetines d'une truie après qu'elle a couchonné.* ITAL. *Vivanda di mammelle di scroffa poi ch' ha partorito.* GER. *Ein speiß bey den alten von einem morenter. La ubre de la puerca salpresa.* ANGL. *The fatnes in the bellie.* ¶ Antiqui, abdomen appellaverunt. Suminis autem vocabulum à Publio Mimorum Poeta initium sumpsit. Plin. *lib. 8. c. 51.* Hinc Censoriarum legum paginæ, interdicitque cœnis abdomina, glandia, testiculi, vulvæ, syncipitia verrina, ut jam Publij Mimorum Poetae cœna postquam servitutum exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Idem *lib. 11. c. 37.* Proxima ejectionis vulvæ est, occisæ uno die post partum. Hujus & sumen optimum, si modò factus non hauserit: ejectionis deterrimum. Antiqui Abdomen vocabant, priusquam calleret id scientes (al. id fidentes) occidere non assuerit. Hæc Plin. *Mart. lib. 13.*

Esse putes nondum sumen, sic ubere largo

Effluit, & vivo lacte pupilla tumet.

Plaut. *in capt. sc. 2. a. 4.* Quanta labes larido, quanta sumini absument? Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Pernam, abdomen, sumen suis, glandium. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Pernam, callum glandium, sumen, &c. ¶ Dictum sumen (ut quibusdam placet) quasi suis abdomen: aut, ut alij putant, à sugendo: quanquam non desunt, qui sumen dictum putent, quasi Rumen, à mammis, quas antiqui Rumas appellabant.

Sūmīnātūs, a, um. Lamprid. *in Alexandr. Severo,* Iussit ne quis suminatam occideret, ne quis lactentem: subaudi, suem.

Sūmmā, æ, Caput sententiæ alicujus, aut rerum de quibus verba fiunt, aut etiam quæ numerantur. *ἡ ὀρθὸς τοῦ λόγου, κεφάλαιον, τὸ ἀριθμῶν.* GAL. *Somme, sommaire, abrégé, fin de compte.* ITAL. *Somma, conclusione.* GER. *Ein kurtzer aber vollkommer hauptbegriff / ein summ.* HISP. *La suma que se coge de los numeros.* ANGL. *A somme,*

a brief collection or draught. Virg. *lib. 4. Æneid.*

Naviget, hac summa est.

In summa proficere. Quint. *lib. 1. cap. 1.* Majora tamen aliqua disce puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos protogatum, in summam proficit, id est, in eumulum excrescit, & ad eam dicendi facultatem, quam adolescenti aut juveni comparare volumus, & ad eum finem, quem destinavimus. Summa victoriæ, Cæsar *7. bell. Gall.* Nec solis Biturigibus communem salutem committendam censent: quod penè eo, si oppidum retinissent, summam victoriæ constare intelligebant. Summa rerum, in qua rei maxima pars consistit. Idem *Cæf. lib. 1. bell. civ.* Summa rei belli administrandi permittitur. *Ibid.* Summâ exercitus salvâ (id est, parvo accepto detrimento.) Livius *7. d. 4.* Summæ rei discrimen detrectare. *Velleius,* Summam imperij alicui tradere. Plaut. *Asin. sc. 4. a. 2.* Cui rex omnium summam credit. Ovid. *13. Metam.*

Summa dati sceptri movet hunc.

Ovid. *5. Fastor.*

Ad hos (patres) est urbis summa relata nova.

Senec. *c. 22. de consol. ad Marc.* Summa curarum illis quid edant & bibant. Quintil. Non in summam consentiunt (partes.) *Velleius,* Parum habebat summam accepisse. (id est, summos honores.) Suet. *in Cæf. c. 28.* De summa Reip agere. ¶ Ad summam, pro demum, Idem *in August. c. 71.* Ad summam tamen perdidit non multum. Quintil. In summas, sive commentarios & capita referte. Plaut. *Autul. sc. 1. a. 1.* Quanta isthæc hominum summa est? A. Septem millia, &c. Suet. *in August. c. 57.* Summarum acervos delibare. Vide plura in *Summatim*, sequenti dictione. Terent. *in Phorm.* Ad te summa solùm Phormio rerum redit. Cic. *de legib.* Leges autem à me edentur non perfecte, nam hoc esset infinitum: sed ipsæ summæ tenent ac sententiæ. Idem *pro Quintio,* In hoc summa judicij, causaque tota consistit. Idem *ad Titium lib. 31.* Summa est, in quo gratissimum facere possis si fueraveris, ut Avianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciet: erit id mihi pergratum. Summa pecuniæ. Idem *1. Offic.* Addendo deducendoque videre, quæ reliqui summa fiat. Quintil. *lib. 5. cap. 10.* Creditor totius summæ. Cicer. *de lege Agrar.* Quum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipsi ex sua voluntate confecisset. ¶ Summa, pro complemento. Quintil. *lib. 3. cap. 2.* Huic studium & incrementum dederit utilitas, summam ratio & exercitatio? ¶ Confectionem quoque significat apud eundem *lib. 5. cap. 10.* Habent omnia initium, incrementum, summam. ¶ Summa, perfectio, absolutio. *Petronius Arbitor,* Quis postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit.

Summa summarum. Sen. *epist. 40.* Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse jubeo. ¶ Hujus diminutivum est, Summula, id est, parva summa.

Sūmmātīm, Per singulas summas, in summa, & breviter, & omnibus quasi simul comprehensis. *ἡ κεφαλαιωδὴς, ὀρθὸς.* GAL. *Sommairement, en brief, en somme.* ITAL. *Brevemente, sommariamente, in brevis.* GER. *Im kurtzen begriff, in einer summ/summarischer weis.* HISP. *Reduziendo en summa, brevemente.* ANGL. *Shortlie, in few words.* ¶ Apuleius, Omnia summatim tetigerat. Suet. *in Aug. c. 85.* Summatim attingit poeticam. Plin. Sed ut hæc de re summatim dicam. Idem significant, In summa, & Ad summam. *Quintilianus,* In summa non recedo: fas est mihi invitis etiam parentibus præferecere. Cicer. *3. Offic.* Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis humani societatem, congregationem, & conciliationem colere, tueri, conservare debemus. Ad summum verò, sive Summum, sine Ad; τὸ μέγιστον, id est, ac si diceremus, Ut summum vel maximum dicam. Cic. *pro Milone,* Vnus aut ad summum duo inventi sunt, qui Milonis causam non probarent id est, non plures quam unus, aut duo ex omnibus. Pro eo quod nos dicimus summatim, vel in summa, frequenter uti solet *Quintilianus* adverbio *Semel,* Et ut semel omnia complectar, id est, in summa. In eundem sensum etiam quandoque sumitur Breviter. *Quintil.* Breviter tamen longè crudelitatis explicanda sævitia est: ex omnibus quæ protuli levissimum fuit, quod occisus est. Plin. *lib. 3. c. 4.* A reliqua verò Gallia, cultu vitorum, morum dignatione, amplitudine opum præferenda, breviterque Italia verius quam provincia.

Summarij, milites cohortis Comitianæ. L. g. b.

Sūmmārium, ij, Summa, epitome, breviarium. *ἡ ἰσχυρὰ.* GAL. *Sommaire, abrégé, epitome.* ITAL. *Sommario, abbreviatura.* GER. *Ein aufzug oder kurtzer begriff.* HISP. *Summario.* ANGL. *A brief collection abridgment.* Senec. Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quam quæ vulgò breviarium dicitur: olim quum Latine loquebamur, Summariū dicebatur.

Summarius, seditiosus, belli civilis cupidus. Turn.

Summistæ Apostolici, qui decernunt, quid à secretariis oportet registrarum Scriban.

Summanalia, liba farinacea in modum rotæ facta. *Fest.* fortassis, in honorem summani, & ad ejus sacra.

Sūmmānūs, Pluto, Deus inferorum, ita dictus, quasi summus deorum Manium: ut in nuptiis Philologiæ docet Martianus, *aidas, aidivus.* Huic Romani nocturna fulmina assignabant, quemadmodum diurna Jovi, teste Plin. *lib. 2. c. 51.* Plaut. *Curc. sc. 1. a. 3.* Quis tu homo es? C. Libertus illius quem Summanum vocant, &c.

Summanus, a, um, ad summanum pertinens. ab eo ortum.

Summano, as, avidissime devoto, rapio. Plautus *Curcul. act. 3.* Quia vestimenta summano, ob eam rem me omnes summanum vocant.

Summas, summo loco existens, primarius, a, um. *Apulei.* Sic Summates dicuntur Magnates. *Onom.* Summates *μαγιστῶν.* Vide *Summates* infra.

Sūmmātīm, Summatus, Summè, vide *Summus.*

Sūmmītto, is, Suborno, clanculum & furtim immitto. *ἡ ἐπιπέμπω, ἡ ἐπιπέμπω, ἡ ἐπιπέμπω.* GAL. *Soumettre, mettre dessous, abbaïsser, humilier.* ITAL. *Sommessere, sottomettere.* GER. *Heimlich nachhin*

nachhin schicken. *Hisp. Sometar. ANGL. To put vnder privelie, to mak love.* } Suet. in *Cas.* Summissis nonnunquam lictoribus, atque militibus. Cic. 5. *Verr.* Summittabat iste Timarchidem, qui moneret eos si scirent, ut transigerent. ¶ Item ponitur pro demittere, sive promittere. *ὑποτίθημι.* Sueton. in *Aug.* Audita clade Tituriana, barbam capillumque summissit. Idem Suet. sic loquitur in *Aug. c. 23.* Et Senec. *c. 17. de conf. ad Polyb.* Barbam capillumque submitteas. Vide *Submitto*, supra. Namque submittere barbam, & capillum dicimur, quando neque tondemus, neque radimus, permittentes ad enormitatem adolefcere, quod specimen est maximi doloris. Id etiam promittere, & demittere dicitur. ¶ Aliquando pro subdere, vel successorem in alterius locum mittere. Cic. *de provincia Consul.* Huic viro non summittetis? hunc diutius in provincia manere patiemini? Loquitur de Pisone, Macedoniam consulari imperio obtinente, cui sententia sua successorem decernit. Sic Livius *lib. 5. decad. 4.* & *Cæsar lib. 1. bell. civil.* Summittere legionem quæ succedat festæ. Idem *lib. 3. de bell. civil.* Summittere adiutorem, (i. ad iungere. Lucil. Summittas alios, si quos posse censeas. ¶ Aliquando sub jugum mittere. Virg. 1. *Eclóg.*

Pascite ut ante boves pueri, summittite tauros.
¶ Idem aliquando quod, supprimo. Cic. Tibi ætas nostra cedit, fascisque summittit. Idem *alibi*, Fascibus summissis me adventantem complexus est. ¶ Aliquando idem est quod, remitto: cui contrarium est, contendo, augeo. Cic. in *Verr.* Aliquantum remittere ex eo quod facere possis, & multum submittere. Idem *de Orator.* Summittere factus, est supplere ac substituere: quæ translatio sumpta ex cultura vitium.

Summissio, nis, idem quod remissio, relaxatio. *ῥιπήσιον.* } Cic. in *Topic.* Parium comparatio nec elationem habet, nec summissiorem. Idem in *Orat.* Summissio vocis, summissio orationis.

Summissus, a, um, sive submissus, Incurvatus, sive inclinatus. *ὑπερῖπτος.* GAL. *Mis dessous, abaissé, mis bas, soumis.* ITAL. *Sommesso.* GERM. *Nider gelassen/ gebogen.* *Hisp. Sometido.* ANGL. *Put under, lower.* } Virg. 3. *Æneid.*

Summissi petimus terram.
Plin. *lib. 11. c. 48.* Solidipedes inter initia pasci, nisi summissis genibus non possunt. ¶ Interdum idem quod, humilis, abjectus. *ὑποψῆσθαι* (vel) *schaphé.* *ὑποψῆσθαι.* } Cic. 1. *Offic.* Neque summissum nimis, neque se nimium efferentem. Summissa vox, id est, pressa; cui opponitur Clara & clara. *ὑποψῆσθαι φωνή.* Idem *de Oratore*, Oratio placida, summissa, lenis.

Summissè, sive submissè, Demissè, abjectè, humiliter. *ὑποψῆσθαι, ὑποψῆσθαι.* GAL. *Bassément, humblement.* ITAL. *Bassamente, humiliter.* GERM. *Undertöniglich, vnderwürftlich / demütiglich.* *Hisp. Baxa y sometidamente.* ANGL. *Lowly.* } Cic. *pro Plancio*, Si meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat; quam ad eum, qui mihi non nimis summissè supplicarat.

Summissim, summissè, sive voce summissa. *ὑποψῆσθαι.* Suet. in *August.* Nam ad communionem sermonis tacentes etiam, & summissim fabulantes provocabat. Gell. *lib. 17. c. 8.* cum omnes sensum & summissim rideremus.

Summoenium, ij, locus sub mœnibus, in quo meretrices prostabant. *ὑποψῆσθαι.*

Summoenianus, a, um, Mart. *lib. 12.*
Summoeniana ubi pilantur uxores.
Idem *alibi*,
Conviva quisquis Zoili potest esse,
Summoenianus cœnet inter uxores.

Quibus in locis summoenianas uxores appellat viliissimum meretricum genus, quæ ferè in fornicibus sub mœnibus cellas habebant.

Summōnō, vide *Submonēo.*

Summōvō, vide *Submovēo.*

Summūs, a, um, Altissimus, extremus, maximus. *ὑψηλός* *hathelion* *ὑψηλός.* GAL. *Le plus haut, le plus grand, le plus profond, tres-haut, tres-grand.* ITAL. *Altissimo, sommo, grandissimo.* GERM. *Das höchst/ oder aller dberst.* *Hisp. Muy alto, muy grande, d muy mayor.* ANGL. *The highest of all, principall.* } Plaut. *sc. 2. a. 2.* in honore summo est, & ab summis viris. Suet. A summo & imo. Et Plaut. *Asin. sc. 1. a. 3.* Hic dies summus est apud me inopia excusatio. (id est, mors) ut apud Gellium *c. 5. lib. 13.* Idem Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Si summo lovi illoc argentum sacrificafsem. Idem *Pf. sc. 2. a. 1.* Summos viros accipere. Idem Gell. *c. 3. lib. 3.* De summo & soluto pectore laudes effatire. Senec. *c. 23. de conf. ad Marc.* Quicquid ad summum pervenit, ad exitum propè est. (alias properat.) Virg. 4. *Æneid.*

Summōque ulularunt vertice Nympha.
Cicer. in *Hortens.* Vixit ad summam senectutem valetudine optima. Virgil. 2. *Æneid.*

Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardania.
Idem, *Summe deum*, pro maxime deorum. Idem 9. *Æneid.*
Mene igitur socium summis ad iungere rebus
Nise fugis?

¶ Summum, & ad summum, hoc est, pro eo quod dicimus, Ut summum, vel maximum dicam. Cic. 5. *Verr.* Duo millia nummum, aut summum tria dedisset. ¶ Nonnunquam pro, optimè. Idem *ad Tironem lib. 16.* Fac planè ut valeas, nos ad summum, scilicet valemus, id est, ita ut vix melius possimus.

Summè, adverb. Maximè, excellenter. *ὑπερῖπτος, ὑπερῖπτος, ὑπερῖπτος.* GAL. *Souverainement, tant qu'il est possible, extremement.* ITAL. *Grandissimamente.* GERM. *Summ höchst.* *Hisp. Muy grandamente.* ANGL. *To much as is possible, excellently.* } Plin. in *Epist. 243.* Habui enim illum Quæstorem in Consulatu, mei summè observantissimum. Cic. *ad Sulpitium lib. 3.* Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non summè esse jucundum. Quintil. *Summè disertus.*

Summōpèrè, adverb. Maximè, vehemētissimè. *ὑπερῖπτος, ὑπερῖπτος, ὑπερῖπτος.* GAL. *Tant qu'il est possible, sur toutes choses.* ITAL. *Sommamente.* GERM. *Sum höchst.* *Hisp. Muy grandemente.* ANGL. *To much as is possible to be.* } Cic. *lib. 1. de Inven.* Vitia verò hæc sunt certissima exordiorum, quæ summoperè vitare oportebit.

Summītās, aris, Vertex, sive fastigium. *ὑψηλός* *rosch* *ὑψηλός.* GAL. *Sommite, cime, sommat, coupeau.* ITAL. *Sommità, altezza.* GERM. *Die Höhe/ dberste.* *Hisp. Altura, cima de cosa alta.* ANGL. *Hignesse, or the toppe of any thing.* }

Summātēs, Principes in civitate, qui & Optimates, & Primates appelluntur. *ὑψηλός* *raschim* *ὑψηλός.* GAL. *Les principaux, les grands seigneurs, les premiers en dignité, les plus grands personnages, les souverains.* ITAL. *Primari della città, governatori.* GERM. *Die höchsten/ oder obersten vnder einem volck / die obersten am brät.* *Hisp. Los principes de la ciudad, principales del pueblo.* ANGL. *The pierres and noble man of a citie or realme.* } Plaut. in *Pseud.* Nunc tibi hæc ego loquor delicix summatum virum. Idem in *Cistell.* — ubi istas videas summo genere natas Summates matronas.

Summātūs, us, ui, Imperium & rerum summa. *ὑψηλός* *memschalab* *ὑψηλός.* GAL. *Souveraineré, la premiere & plus haute dignité.* ITAL. *Podestà, imperio, signoria soverchia.* GERM. *Der höchste/ oder oberste stand.* *Hisp. Señorío soberano, imperio muy mayor.* ANGL. *Empire and chief dignitie.* } Lucr. *lib. 5.*

Imperium sibi quum, ac summatum quisque petebat.

Summātīm, adverbium. Per summam. *ὑψηλός.* GAL. *Ala cime, par sommittez.* ITAL. *Sommamente, alla sommità.* GERM. *Zu oberst/ oder dufferst.* *Hisp. Per las cimas.* ANGL. *Shortlie, in feroe vordies.* } Colum. *lib. 3.* Sin autem eousque exaruit (scilicet vineæ truncus) ut curvari non possit, primo anno summatum, ita ne radices cruas, aut lædas, ablaqueato. Idem Gell. *l. 1. c. 3.* summatum & univertim.

Summergo, pro submergo. Ovid. 6. *Metam.*
Et modo tota carva sommergere mœnbra palude.

Summitto, pro Submitto. Virg. 3. *Georg.*
Necnon & pecori est idem delectus equino:
Tu modo, quos in spem statuis summittere gentis,
Præcipuum jam inde à teneris impende laborem.

Vide *Submitto.*

Summūssus, murmurator. Fess. à *sub*, & *musso.* Nævius Odi summūssos, proinde apertè dic, quid sit.

Summūto, as, Aliud pro alio muto, commuto, permuto. *ὑψηλός* *hemir.* *ὑψηλός.* GAL. *Changer l'un pour l'autre.* ITAL. *Mutare.* GERM. *Abroechseln.* *Hisp. Mudar una cosa per otra.* ANGL. *To chang one for another.* } Cic. in *Orat.* Hanc hypallagen Rhetores, quod quasi summutantur verba pro verbis, metonymiam Grammatici vocant, quod nomina transferantur.

Sumnis, i. impeditio in lege. Pap. Scribe: Sumnis, impeditio in legibus, nempe sapiculè in ll. Longob. & Saltica *Summa.* Scribitur etiam *sunnis & sonnis.*

Sumo, is, pti, ptum, Capio, assumo, accipio. *ὑψηλός* *lakach.* *ὑψηλός.* GAL. *Prendre, ITAL. Pigliare, attribuirsi.* GERM. *Nehmen.* *Hisp. Tomar à su cargo.* ANGL. *To tak.* } Cic. *de clar. Orator.* Tu qui à Nævio sumpstisti multa, si fateris; vel si negas, surripuisti. Salust. in *Iugurth.* Epistolam super caput temere positam sumit. Plautus *Pseud. sc. 5. a. 1.* Abs te argentum sumam? Tu à me fumes? *Ibidem sc. 2. a. 3.* Summ si fumer, finito: si nostrum fumer, teneto. Idem *sc. 1. a. 5.* Huac diem sumpsimus hilariter. Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* Sumam operam investigando. Idem *Menach. sc. 1. a. 2.* Operam nunquam sumam quæ rere. (id est, consumam in quærendo.) Idem *Curcul. sc. 1. a. 4.* No nimio opere sumas operam. Idem *Milit. sc. 6. a. 2.* Ex uno puteo similior nunquam potest aqua aquæ sumi. Idem *Asin. sc. 1. a. 2.* Vnde sumam? (argentum) quem intervortam? ¶ Sumere dicitur is, cui debetur, nec rogare cogitur: vel, ut *lib. 5.* loquitur Livius, Sumere est domini, non rogare. Ovid.

Ne petite auxilium, sed sumite dixit Athena.

Martial. *Epig. 30. al. 27. lib. 6.*
— *Sume, tolle, dono.*

Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Sume, polce, prome. Sumere mutuum. Vide *Mutuum.* ¶ Nonnunquam ponitur pro, arrogo, attribuo, aut plus iusto mihi vendico. *ὑψηλός* *ὑψηλός, ὑψηλός.* Cic. *pro Plancio.* Quamquam non tantum mihi sumo, Iudices, neque arrogo. Idem *Attic.* Tantum mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit. ¶ Item pro eligo, *ὑψηλός* *bachar.* Idem in *Divin.* Sumat aliquem ex populo monitorem officij sui. Plaut. *Asinar. sc. 1. a. 1.* Tibi optionem sumito Leonidem (id est, eligo adiutorem.) ¶ Item pro conduco. Cic. Quoad enim perventum quo sumpta navis est, non domini est navis, sed navigantium. ¶ Item pro consumo. Terent. in *Adelph.* I ergo intrò, & cui rei opus est, hilarem hunc sumamus diem. ¶ Item pro impendo, infumo. *lib. 1. ad Herennium.* Ne nimium longa sumatur oratio. Terent. in *Phormion.* Opportunè adeò nunc argentum attuli, Fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia, id sumam: id est, impendam, ut *Donatus* exponit. Vnde sumptus, de quo *infra.* ¶ Sumere obsequium animo, id est, animo obsequi. Plaut. in *Bacch.* — ego dare me ludum meo gnato Institui, ut obsequium animo sumere possit. ¶ Sumere operam, frustra laborare. Idem in *Mostell.* Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut conteram? Sumere supplicium, pro punire. Idem *Merc.* Supplicij sumat quid volt ipse ob hanc injuriam. Cic. 7. *Verr.* Quamobrem supplicium non sumpstisti? Et *pauid potest*, Dixit se, quod sciret sibi erimini datum iri, pecuniam accepisse, neque de vero archipirata sumpstisse supplicium, ideo securi non percussisse. ¶ Huius composita sunt, Absumo, assumo, consumo, desumo, infumo, præsumo, resumo, transumo. Significata eorum explicantur suis locis.

Sumpse, pro sumpstisse, atq;

Sumptus, a, um participium passivum, Acceptus, vel electus. ἡ κέρως... GAL. Prins. ITAL. Pigliato, tolto. GERM. Genommen. HISP. Tomado. ANG. Taken. } ut, Sumpta virili roga, Cic. de Amic. Idem pro Rabir. Vide hos quasi sumptos dies ad labefactandum illius dignitatem. Tacit. lib. 2. Mortem sponte sumptam.

Sumptus, us, impensa. ἡ δαπάνη, ἀνάλογος. GAL. Mise, despense, con- tange, fran. ITAL. Spesa, costo. GERM. Kosten. HISP. La costa de ga- sto ordinario. ANG. Cost, expenses. } Plinius, Qui eam domum ma- gno sumptu edificaverat. Terent. in Phormion. Opus est sumptu ad nuptias. Cic. in Parad. Non modò ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad fœnus exiguus. Idem 6. Verrin. Mamertini magnum sumptum in Timarchidis prandium fecerunt. Esse sumptui, pro sumptum inferre. Plaut. Milit. At tibi tanto sumptui esse mihi mo- lestum est. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Inspice ludorum sumptus Auguste tuorum.

Plaut. Asin. sc. 2. a. 1. Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt. Idem Men. sc. 5. a. 5. Meo cibo, & sumptu educatus est (parasitus.) Idem Aulul. sc. 5. a. 3. Nos minore sumptu sumus, quàm iunus. Idem Au- lul. sc. 3. a. 1. In servitute sumptibus redigunt viros. Ibid. sc. 5. a. 2. Quàm minimo sumptu filiam ut nuptum darem. Ibidem sc. 5. a. 3. Sumptus intolerabiles in magnis dotibus. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Necesse est facere sumptum qui quærit lucrum. Cic. Attic. lib. 5. Adventus noster minimi nec minimo quidem fuit sumptui. } Sumpti, in genitivo singulari dicebant antiqui. Cato cap. 22. Eo sumpti opus est.

Sumptuarius, a, um, quod ad sumptum pertinet. ἡ δαπανησικὴς. GAL. Appartenant à la dépense. ITAL. Pertinente alla spesa. GERM. Das zu dem tosten gehört. HISP. Cosa para aquella costa. ANG. Belong- ing to cost. } ut, Lex sumptuaria, quæ de moderandis sumptibus lata est, quam Cato Cibariam appellat. Suet. in Cas. c. 43. Legem præ- cipuè sumptuariam exercuit Cic. Pato. Ad fungos me tuos conferam domum, si habeo in denos dies singulos, sumptuariæ legis dies conferam. Tertull. in Apologetico, Leges (inquit) sumptum com- primentes, centum ara non ampliùs in cœnam subscribi jubebant, non ampliùs quàm unam inferre gallinam, & eam non saginatam. Hinc centenaria appellavere antiqui scenas, ab impensa centum se- stertiorum, sumptuaria lege præscripta.

Sumptuosus, a, um, qui immoderatum sumptum facit. ἡ φιλαυλαστὴς, δαπανηρὸς. GAL. Somptueux, superflu & excessif en dépense. ITAL. Suntuoso. GERM. Kõstlich / der oberstãssigen Kosten anwendt. HISP. Costoso assí. ANG. Of great expenses, costlie. } Cic. in Parad. Venio enim jam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Terent. in Adelph. Domus sumptuosa, adolescens luxu perditus. Idem Heaut. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. } Sumptuosa cœ- na, in quam magnus factus est sumptus. πολυτελής. Cic. Pato, Expecto igitur hospitem tum minimè edacem, tum inimicum cœ- nis sumptuosus.

Sumptuosè. ἡ δαπανηρῶς. GAL. Somptueusement, avec grande despense, excessivement. ITAL. Eccessivamente, sumtuosamente. GERM. Kõstlich. HISP. Con grande costa, costosamente. ANGL. Costlie. } Plin. Epistol. 189. Quod paulò sumptuosius equos & canes emeret. Catul. Epig. 44.

Vos convivia lauta sumptuosè De die facitis.

Sumptifacio, is, Facio sumptum. ἡ καταπέλασσις, θάπανα. GAL. Faire grande despense, consumer. ITAL. Far spesa, consumare. GERM. Sich in ein tosten bringen. HISP. Hazer gasto, y costa. ANG. To mak great expenses or cost. } Plaut. Si nunc me suspendam, meam operam luserim, ut præter operam restim sumptifecerim.

Sumptio, as, are, secundum frequentativum à sumo. ἡ πλὴς λαμβάνω. GAL. Prendre souv. nt. ITAL. Prendere sovente. GERM. Oft nemmen. HISP. Tomar à menudo. ANGL. To tak often. } Plin. lib. 25. c. 5. Can- didum autem vomitione, causas morborum extrahit, quondam ter- ribile, plerique studiorum gratiã, ad providenda acrius quæ com- mentabantur, sæpiùs sumptiverint.

Sumptio, nis, verbale, Assumptio. ἡ λήψις. GAL. Prins. ITAL. Presa. GERM. Nennung. HISP. Tomamiento. ANGL. A taking. } Cic. lib. 2. de Divin. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ Lemmata ap- pellant Dialectici: sed nos Latine loqui malumus.

Sunia, impedimenta, excusationes. Marcul. Sunium, σουνίον, vulgò Carbo de Columbas, Extremum Atticæ pro- montorium. Ortum spectans, vicum habens ejusdem nominis, quem Leontidi tribui assignat Stephanus. Vide Ptol. decima Europa Tab. & Strab. sub initium lib. 9.

Suavo, as, deprimo. Non. cap. 2. 771. Sunat, deprimit. Lucil. lib. 7. Suavit taxim ad naves, delphinus ut olim. alij legunt, simavit.

Suo, is, ui, um, Sarcio, concinno, compingo. ἡ τῆν τὰ φάρ. ἡ ἀπὸ τοῦ GAL. Coude, conjoindre. ITAL. Cucire. GERM. Zusammensticken, zusammen setzen. HISP. Coser. ANGL. To sove or seve, to toyne or mak fast together. } Cic. 2. de natur. deor. Cultus dico agrorum, extractionesque textu- rum, tegumenta corporum, vel texta, vel suta, omnemque fabricam æris & ferri. Unde sutores, qui calceos suunt. Quidam à sue ver- bum hoc deduci existimant, eò quòd hujus animalis setis in suen- do sutores utantur: Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Pellibus & sutis arcent mala frigora brachis.

Sumitur tamen generalius pro eo, quod est rem quamvis conjunge- re, connectere, sive colligere. Gellius, Sed hi plerasque naves loris suebant } Sute aliquid suo capiti. Appingere & affingere. Ter. in Phorm. Heu metuo lenonem, nequid suo suat capiti.

Sutores, qui calceos suunt. ἡ ἀπὸ τοῦ. GAL. Cordonniers. ITAL. Cal- zolajo. GERM. Schuster / schuchbuer, schuchmacher. HISP. zapateros, oficiales de zapatos. ANGL. Shoemakers, severs. } Propriè enim artifex calceonum sutor appellatur, quam ille, qui sicut pannos, potiùs sar- cinator dicatur. Plautus sc. 2. a. 1. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Ibidem sc. 5. a. 3. Calceolarij, sedentarij Sutores. Plin.

lib. 35. cap. 10. de Apelle, Feruntque à suture reprehensum, quòd in crepidis una intus pauciores fecisset ansas: eodem postero die su- perbo emendatione pristina admonitionis cavillante circa crus, in- dignatum prospexisse denunciantem ne supra crepidam sutor judi- caret: quod & ipsum in proverbium venit.

Sutorius, a, um, adjectivum, quod ad suturem pertinet. ἡ ὀτὴ ῥάπτιον. GAL. De cordonnier. ITAL. Di calzolaio. GERM. Das zu den schuften ren/oder schuchmacheren gehört. HISP. Cosa de zapatero. ANGL. Belonging to a shoemaker or sever. } Sutorium atramentum, nigredo quæ co- zium denigratur. ἡ ἀλλοιωθὴς. GAL. Vitriol ou couperose. ITAL. Negramento. GER. Schumacher schwarze. HISP. Tinta de zapateros. } Est au- tem metalli species, quæ dissoluta in aqua nigredo fit. Duo ejus sunt genera: Fossitium, quòd aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliàs candidum & pellucidum in morem vitri: unde & Vitriolum vulgò appellatur: factitium verò ex aqua pluviali fit per metalla defluente in lacunam, quæ inde ab iis, qui in metalla sunt damnati, in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus æstivis die- bus concrefcit. Vide plura de hoc apud Plin. lib. 34. cap. 12. & Dios- corid. lib. 5.

Suturã, a, Commisura partium consuturam. ἡ ἔαφῆ, ἔαφια. GAL. Con- sture. ITAL. Cucitura. GER. Ein naht. HISP. Cosedura, costura. ANGL. A sewing or joyning together. } Cornel. Celsus lib. 8. } Sutura oras jun- git, quæ ne ipsæ quidem contingere ex toto debent. } In cranio quo- que futuræ dicuntur commissuræ illæ, quibus ossa conjunguntur. Cels. lib. 7. Rarò Calvaria solida sine futuris est, & id caput firmis- simum atque à dolore tutissimum est: ex cæteris quò pauciores sunt futuræ, eo capitis valetudo commodior est.

Sutelarum, i-doli quasi consulti, fraudes, astutiæ: à similitudine suen- tium; vide Festum in voce Sutela. Plaut. Caps. sc. 5. a. 3. Aque ob suce- las tuas te morti misero, Vel te interiisse vel periisse prædicent.

Sutills, e, quod consutum est. ἡ ἔαπτιον. GAL. Cousu. ITAL. Cucito, cusco. GERM. Das zusamen gestickt / oder gefest ist. HISP. Cosido. ANGL. Sewed or joynd, together. } ut, Corona sutilis. } Sutillis. Plin. lib. 21. cap. 3. Summæque auctoritas sutilli coronæ: suiles Sa- liorum sacris invenimus, & solemnibus cœnis, Balteus sutilis. Virg. 12. Æneid.

seritur quæ sutilis alvo

Balteus.

Cymba sutilis, qua Charon inferorum portitor animas per Stygiam paludem trajicit, Idem lib. 5. Æneid.

genuit sub pondere cymba Sutilis.

Ovid. 5. Fast. Tempora sutilibus cinguntur tota coronis. Sutrinã, a, Officina sutoris, ἡ ἔαφῆον. GAL. La boutique d'un cordon- nier. ITAL. Calzolaria. GERM. Ein schuster Werkstatt. HISP. Tienda de zapatero. ANGL. A shoemakers shop. } Plin. lib. 10. c. 43. Tiberio principe ex senu supra Castorum ædem genitus pullus, in opposi- tam sutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinæ domino. Varro lib. 4. de L. L.

Sutrinus, a, um, adject. Tacit. lib. 15. Sutrinæ tabernæ. } Sutrinum neu- tro genere, pro arte Sutrina. Senec. Epist. 93. Non multum abfuit quin sutrinum quoque inventum à sapientibus diceret.

Supellex, ilis, fœminin. gener. vel hæc Supellectilis; & apud anti- quos, hoc supellectile: unde putatur mansisse plurale neutri gene- ris Supellectilia: Ablativum singularem facit supellectile, vel su- pellectili. Est autem Supellex, domesticum instrumentum, quod æ- que argento, auròve factò, vel vesti annumeretur: id est, res mobi- les, ut vocant Jurisconsulti, apud quos titulus est, de supellectile le- gata. Charis. lib. 1. negat aliter dici quam supellex, neque aliorum nominativorum exemplum reperiri idoneum Diomed. lib. 1. negat habere pluralem Priscian. lib. 6. ait hæc supellectilia apud vetustis- simos reperiri, sed nullum auctorem profert. ἡ ἑλὴ ἐπιτοχῆς. GAL. Les meubles d'un homme, le ménage. ITAL. Roba di casa, mobile di casa, masserizie di casa. GERM. Ein hausrath / sarenbe hab. HISP. El alhaja de casa. ANGL. Household stuff, the moveables of a man. } Cujus no- mine, ut inquit Paulus, continentur mensæ, trapezophora, delphi- cæ, subsellia, scamma, lecti inargentati, culcitæ, toralia, mappæ villosæ, vasa aquaria, pelves, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trul- læ, vasa ænea vulgaria, id est, quæ non proprio sunt loco attribu- ta: præterea capsæ, armaria, vitrea, escaria & potoria. Hæc Sipo- tinus ex 33. Digest. de supellectile legata, l. j. } l. supellectile. Plaut. Au- lul. sc. 2. a. 2. Supellex, aurum, vestes, vasa. Plin. lib. 15. cap. 9. Totam supellectilem ligneam. Horat. 1. Serm. Satyr. 6.

Cœna ministratur pueris tribus: } lapis albus
Focula cum cyatho duo sustinet: astat echinus
Vilis, cum patera gustus, Campana supellex.

Cic. 4. Verrin. Supellex ex ære elegantior Delicata, & Corinthia. Ibidem. Tu P. Cæcurij promptissimi hominis & experientis, & in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti. Virgil. 1. Georg.

vilisque supellex,

Arbutæ crates } mystica vannus Tacchi.

Supellecticius, servus, cui supellectilis cura, apud Vlpianum D. lib. 33. tit. 7. l. 12.

Super, ἡ ὑπὲρ. GAL. Sur, ou sus, dessus. ITAL. Sopra, di sopra. GER. Auff / ober. HISP. Sobre, encima. ANGL. Upon. } Præpositio est modò accusativo, modò ablativo casui serviens: deducta à Græca præpositione ejusdem significationis, & aspi- ratione in s, & o in u, commutata. } Subter. Quidam hoc discriminis esse voluerunt inter super, & supra, quòd illud contiguitatem, hoc spatium quoddam interjectum importaret. Quæ tamen differentia perpetua non est, ut satis constat uno Livij testimonio lib. 44. ab Vrbe, ubi sic habet, Vbi citra muros, supra, subterque terram per dies viginti quinque pugnatum est. Cum accusativo Plaut. Pseud. sc. 1. a. 3. Suavia super suavia quæ det. Tibull. lib. 4.

Sive super terram Phœbus, seu currere supra.
 Quintil. Quia sol super terram, dies est. Tibull. lib. 4.
Latiore ducit struētos super ignis aceruos.
 ¶ Super pro *super*, cum excessum denotat. Salust. Jug. 81. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animadvertit, super gratiam, atque pecuniam suam invidiam facti esse. ¶ Accipitur aliquando Super, cum ablativo, pro De, *pro De*, Virgil. 1. *Aeneid.*

Multa super Priamo rogans, super Heclore multa.
 Gellius c. ult. lib. 1. Hæc super irascendo sentio. (id est, Hæc sentio de ira.) Idem c. 11. lib. 3. Super ætate Homeri & Hesiodi non consentitur. Item Plaut. prolog. Amph. Teneo quid animi vestri super hac re fiet. Gell. c. 14. lib. 17. Dignus Publius qui super Laberio iudicaretur, (id est, anteponebatur.) Idem c. 2. lib. 1. Hæc notavi super eo libro, Plaut. Aul. sc. 5. a. 4. Rem tenes super Echionis filia. Aliquando idem valet quod Pro: ut apud eundem, 4. *Aeneid.*

Nec super ipse sua molitur laude laborem.
 ¶ Item pro Plusquam. Suet. in August. c. 38. Super triginta ducibus justos triumphos, & aliquando pluribus triumphalia ornamenta decemenda curavit. Idem cap. 35. Erant super mille (Senatores) & quidem indignissimi. ¶ Pro Inter, idem in Cas. cap. 87. In sermone super cœnam nato. Idem in Aug. c. 77. & in Tib. c. 56. & iterum in Calig. c. 13. ¶ Pro Præter, idem in Aug. c. 69. M. Antonius super festinatas Livie nuptias obiit. Idem in Tib. c. 55. Super veteres amicos ac familiares viginti sibi è numero principum civitatis depoposcerat. Et iterum eodem sensu infra c. 75. Et Livius lib. 2. ab urb. Super solitos honores. Idem lib. 10. dec. 4. Super cætera. ¶ Pro Ob. Suet. in Aug. c. 8. Approbata citò morum indole super itineris industriam. ¶ Eleganter per Tmesim usurpatur: Ovid. 3. Fast.

Humili super ausa fenestra se jactis. (pro superjactis.)
 Ibid. lib. 5.

— ubi ante Idus nox erit una super.
 (id est, supererit.) Et Plaut. Curc. sc. 1. a. 1. Si quid super illi fuerit, Id nobis fat est. (pro superfuert.) ¶ Satis superque: vide Satis supra.
 ¶ De super præpositione, Gellius c. 9. lib. 13. ¶ Iuncta verò accusativo, significat, Ultra. Virg. 6. *Aeneid.*

— super Garamantas & Indos
Proferet imperium.
 Apuleius, iam enim super oppidum profectus, nos citra reliquerat. In qua significatione aliquando etiam ablativo iuncta invenitur. Virg. 9. *Aeneid.*

Nocte super media.
 id est, ultra mediam noctem. ¶ Ponitur aliquando adverbialiter sine casu. Plaut. Hinc, atque hinc super subterque premor angustiis.
 ¶ Accipitur aliquando pro vehementer. Virg. 1. *Aeneid.*

His accensa super, iactatos aqmore toto, &c.
 ¶ Nonnunquam pro desuper. Idem 9. *Aeneid.*
Et super è vallo prospectans Troës.
 ¶ Super somnum, id est, servus à cubili, interprete Budæo. Curtius, Sed per dispositos, quos super somnum habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter se excitaretur. ¶ Quandoque pro insuper, & amplius. Virg. 2. *Aeneid.*

Cui neque apud Danaos usquam locus, & super ipse Dardanida infensi pœnas cum sanguine poscunt.
 ¶ Super pro præter. Cels. lib. 4. cap. 5. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est, sed fat est infra inguina, & super talos, summòsque humeros, etiam brachia. ¶ Componitur cum dictione incipiente ab a, ut superaddo: c, ut supercideo: d, ut superduco: e, ut superemineo: f, ut superfluo: i, ut superindico: m, ut supermeo: p, ut superpono: s, ut supersedeo: u, ut supervacuus. ¶ Componitur & cum præpositionibus, De & In, ex quibus fiunt desuper, & insuper: de quibus egimus supra suis locis.

Superabdicativus, a, um, id est, supernegativus, unde supernegativa dicitur negatio, quæ additur negationi, & nihil cooperatur plus, quam præcedens, ut in vulgari solet dici: Ego non habeo nihil, quod non valet, quam si diceretur, Ego nihil habeo. Cathol. Nempe Martianus dedicativum dicit *καταφακτικόν*, i. affirmativum; & *ἀπαφακτικόν* abdicativum. Sed, ego non habeo nihil, est, ego habeo aliquid.

Superabundo, as, Redundo, superfluus. *ἡδύη hadhâph. περισσῆς. GAL. Effre trop plein, abonder. ITAL. Esser tanto pieno che si sparga, esser troppo. GERM. Gar oberstüßig sein. HISP. Rebofar lo lleno. ANG. To abound greatlie. & Vlpian. Digest. de regulis juris, Non solent quæ superabundant, vitare scripturas.*

Superaddo, is, idi, addere, Vltra addo. *ἡδύη hosiph. ἐπιπροσθημι, ἐπιθημι, προσθημι, προστιθεμαι. GAL. Mettre d'avantage, ajouter d'avantage. ITAL. Sopraggiungere. GERM. Darüber/darzu thun. HISP. Añadir encima. ANG. To adde moreover. & Virg. Eclog. 3.*
Lenta quibus torno facili superaddita vitis.
 Propert. lib. 2. Eleg. 14.

Et sit in exiguo lautus superaddita busto.
 Superadulterus, a, um, 1. Cor. 7. 36. Virgo superadulta, *ὑπερκαμῆ*. quæ florem ætatis, ætatem pubertatis excedit.

Superagnata tunica, omnium oculi tunicarum extima, cornæ extrinsecus adhærens: unde & nomen accepit. *ἐπιφωκὸς χιτῶν.*

Superalia, al. Superaria, vestis, quæ superinduitur. Isid. Pap.

Superalligare, Supernè alligare. *ἡδύη. GAL. Lier par dessus. ITAL. Ligare sopra. GERM. Oberbinden. HISP. Atar encima. ANGL. To bind above. & Plinius lib. 30. cap. 6. Caninus lien si viventi exprimitur, & in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem superalligant.*

Superamentum, quod superat, & superfluum est. Vlp.

